

## II. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 74.

---

### *Politica Mortuorum Colloquia.*

---

Elysium-Meum, Die Martis 16. Octob. 1810 (Nov. 2. Oct. 1810.)

---

*Colloquentes Umbrae:*

Gallus et Anglus

*Uterque in Campo honoris in Hispania occubuit.*

(Anglus meditabundus in toro gramineo sedet, interea Gallus cantillando, & vibrando vocem eum accedit.)

**G**allus. Nisi fallor Amice! æquali sorte isthuc adpulsi sumus.

*Anglus.* Ut voce amicus uti potes? tu natione Gallus; contra ego!—

*Gal.* Britannus, jam intelligo; verum isthic jam non sumus in Europa. — In pacificis his Eysii oris bellum exulat, & ubi hoc locum non habet, ibi nec hos es dantu; ex quo consequitur: nos amicos esse; Igno ce ceterum: si tuis meditationibus, quibus immersus videris, intercessi — est id meæ genti proprium, quod animum lubenter obludet, gentili proin huc nævo, si nævus dicendus est, veniam dabis. Cum miserandum bellum in superiore mundo obex fuerit, quominus garrere amiosabiliter invicem potuerimus, atque in pacificis & strepitu vacuis

oris opportunissima se se occasio præbeat, non possum mihi temperare, quin ad modicam deambulationem in proximam palmis consistam silvulam te invitem, ut in tuo de patriæ nostræ adjunctis sententias communicare. alter alteri aperire, quod de præsentibus adhuc gratissimum argumentum constituit, possimus.

*Ang.* Manum! accepto invitationem — die quo, quo tempore Hispania decedebas?

*Gal.* Ipso illo, quo Almeida deditionem fecit, tempore & die. —

*Ang.* Profecto mente assequi nequeo, strenuum alias nostrum Belliducem Wellingtonium ad liberandum obsidione adeo momentosum locum nihil egisse.

*Gal.* Ast ego id per assequor facile. — Contra existimo, Lordium Wellingtonium admodum sapienter ad sapienter egisse, quod non adversum egerit, quodque ex eadem prudentia nihil pro Portugallia acturus sit.

*Ang.* Ut hoc intelligis? non capio sermonem tuum.

*Gal.* Lordius Wellington tanquam clarus sapiensque bellidux callebit, se ingenio & viribus Belliducis, qualis Massena est, nunquam resistere posse, quod compilata hominum colluvies non exercitatorum Portugaliorum, exercitui sui magis perniciosa quam utilis esse possit, se pro nunc medullam exercitus Anglicani terrestri periculo expositurum quin per id finem minimum habeat, quippe id menti illucet: Consilium regiminis tui esse, seditionis ignem in Hispania Portugalliaque

usque adhuc, fovendi, quo id fieri possit, demum provinciam hanc suis fati relinquendi. — Aliud exspectare non licet, id probant quævis vestræ superiores coalitiones.

*Ang.* Quid, amabo, tandem ex bello Angliam inter Galliasque futurum censes?

*Gal.* Alterutra pars tandem viribus frangi, cedereque, debet.

*Ang.* Putasne partem hanc Angliam futuram? — Numquam id quidem!

*Gal.* Et cur id non? dic, profer in medium rationes tuas, quæ si animum convincerint meum, prudenti manu herbam porrigam.

*Ang.* Præpotentia maritimarum vicium quasvis consiliorum vestrorum rationes in irritum vertet; Classes vestræ nunquam audebunt portibus suis egredi, quod si reapse ausum hunc susceperint, spoliū nostrarum futuræ sunt. Continens tractu temporis absque Colonialibus productis Fabricasque nostris consistere nequibit, pecunia assiduo in eo rarescet, ac tandem universalis inopia popularium tuorum sors, reliquarumque nationum erit, nisi vi se a Galliarum systemate avulserint.

*Gal.* An ulteriores rationes tibi non suppetunt? fateor hæc prorsus animum non convinsunt meum.

*Ang.* Quæ ratio tantæ obstinacitatis?

*Gal.* Tu, tuique populares omni digni æstimatione sinistram, ut opinor, notionem de Napoleonis ferrea alacritate habeant est necesse — de ejus rupis instar pertinacia, de

ejus maturo ingenio, si existimatis: Galliam  
 nunquam eo perventuram, ut vobis minimum  
 virum bellicarum maritimarum æquilibrium  
 opponere possit; in mediata & immediata  
 possessione quorumvis portuum Dantisco Ba-  
 jonnam usque, & si Portugallia armis occu-  
 pata fuerit — Hispanique & Portugallia  
 in deditionem accepta fuerit — a S. Seba-  
 stiano Ragusam usque, an inter inexhauri-  
 biles subsidiorum fontes media sufficientia ei  
 suppetent classes sibi procurandi vestris æqui-  
 libraturas? quanta jam hodie classis præsto  
 est, & quanta paucis post annis surget —  
 an vos tam modicæ fidei estis? — Galliam  
 absque necessitate & sine: & temere aliquam  
 suarum bellicarum navium periculo exposi-  
 turam prius, quam viribus se sufficientem  
 senserit vobiscum vires committendo, nisi for-  
 tassis ad vigilantiam vestram eludendam,  
 quod aliquod naves discrimini objiciet ad  
 tanto largiorem capturam alibi locorum in  
 effectum deducendam. — Continens Fabrica-  
 tis vestris carere pridem didicit; demisque  
 aliquot speculatoribus & mercium Expedito-  
 ribus in sua gestit. — Equidem ante, partem  
 Galliarum, Germanique peragravi quam Hi-  
 spanias peterem. Deprehendi Fabricas potissi-  
 ma ex parte in floreata statu, Classes hominum  
 labore vitæ subsidia sibi querentes solertiæ  
 & vitæ alimenta sibi promerendi studio de-  
 ditas, quæ aliis in Bohemiæ & Saxoniæ præ-  
 cipe ostiatim stipem quærebant, atque obe-  
 undo viros vitam miserabili ratione aqua &

pane pro exigua mercede traxere. Productis aliarum orbis partium tanto facilius carere licebit enim omnis artis solertia ubivis in id intenta sit, ut ea surrogatis domesticorum productorum suppleatur: — Etiam si utriusque Indiae aurum nobis non adfluat, defectus nihilominus pecuniarum non viget, vitæ alimenta levi pretio sunt, interea apud vos, omnilicet auro, quo abundatis, necessarias maxime res procurare vobis non valetis, similes Gallinæ, quæ Unionum acervum corradit, at granum hordei frustra quæritat. Fabricata vestra in promtuariis putrescent, interea Continentis in omnibus mundialis majoribus & minoribus sollicite & cupite exquiruntur. In summa: mente non adprehendo, ut patria tua, si non cesserit, ex hac Crisi enatare, ex hoc tibi continuo magis incumbente periculo explicare possit. Possem tibi plura adhuc de hoc argumento fari, sed audio veredarii ex superiore mundo adventantis tubam, curiosus sum ex eo intelligendi, quid, ex quo terris relictis ad has oras delatus sum, novi acciderit in superiore regione, est hoc mihi gentile, quod rerum novarum ferar desiderio excipiendarum. — Sed ante quam ab invicem avellamur, adhuc in memoriam tibi revoco novissima morientis Popularis tui verba celebris Pittii, ut quæro, sonabant?

*Aug.* (ex imo pectore) H u mea patria!  
 Mesto vultu & incessu lateralem viam  
 init, interea Gallus ad Tabellarium currens  
 hæc nova percipit.

*Francofurti 2. Octob.*

*Nos Carolus D. G. Princeps Primas, Rhen. Foed. M. Dux Francofurt. Archi Episcopus Ratisbon. &c.* Postquam Sua Maj Imperator & Rex Protector Foed. Rhen. nobis votum significasset, ut nova Tariffa vestigialium, quæ in Gallijs ab omnibus Colonialium mercium speciebus vigore Cæs. Decreti de 5. Maji percipiuntur in nostris quoque M. Ducat. ditionibus erigantur, nosque ad amplectendam hanc agendi normam tanto proniores simus, quod firmiter animo convicti simus, memoratam Tariffam in omnes Foed. Rhenani Statibus inductam efficacissimum medium futurum, ad consumptionem productorum continentis, per quam merces Coloniales compensantur, adjuvandam, consumptionem contra harum, per quæ Continens Angliæ tributarius fit, minuendam. Quapropter erga propositionem rei nostræ ærarie ministri decrevimus, & decernimus:

*Art. 1.* Cæs. Decretum, quo Tariffa vestigialiam importationis diversorum productorum & mercium definitur dd. Trianon 5. Aug. 1810. a 1. futuri mensis Octob. in toto ambitu nostri M. Ducatus vim legis obtinet intuitu quarumvis Colonialium mercium, quæ in eo consumuntur, aut in usum convertuntur.

*Art. 2.* Tariffa hæc extenditur ad solum commercium Germaniæ, neque quid derogat aut mutat ex Decretis Cæsareis Gallicis, quæ in suo vigore priore retinentur, eadem ratione, qua Cæsareæ dispositiones, Merces

Sac  
Ang  
imp

cuti  
com  
mod  
nost  
cura  
burg

non  
diga  
desu  
min  
ratio

adp  
Gos

m

— I

Idem

M

— ex

(q

Sach

— is

Thea

— v

— o

Coff

Indic

Caca

Saccharum, Coffeam, Gossipiumque, quibus Anglicana promptuaria turgent, in Galliam importare non licet.

*Art. 3.* Ministro rei aeriariae nostro executio hujus legis Tabulis regiminis inserenda committitur, ita & ordinatio, rationis ineunda modus, qua Tariffa adnotata vectigalia in nostro M. Ducatu reapse percipienda sint, ei curandi provincia incumbit. Datum Schafnaburgi die 28. Sept. 1810.

Excerpta Decreti Cæs. Gallicid. d. Trianon 5. Aug. 1810 concernentis Tariffam vectigalium importatis a mercibus, & productis desumendorum, vectigalia isthæ specificæ nominendarum mercium productorumque segregatione definiuntur.

A Cent. metrico, 2 Cent. Francof. pond. adpendente:

	De.	Franc.	Fior.
Gosp. Bras. Cajen. Sarinam	800	372	
— merari Georgiani longi pilli	400	186	
— Levant. ex maris altatum			
Idem ex promptuariis Colon. Confluent.			
— Moz. & Arg. curibus av. cum.	200	93	
— ex omnibus regnis excepto Neap.	000	279	
(quod priora telonia pendit)			
Sacharum Crudum	—	300	140
— involutum corticis	—	400	186
Thea Hy. wis	—	900	418
— viridis	—	600	279
— omnis generis	—	150	90
Coffea	—	400	186
Indicum	—	900	418
Cacao	—	1000	465

			Franc.	Flor.
Cochenilla	—	—	2000	929
Zingiber album	—	—	600	279
— nigrum	—	—	400	186
Cinamom. ordin.	—	—	1400	650
— subtile	—	—	2000	929
Cariophylla	—	—	600	279
Muscadæ	—	—	2000	929
Acejon lignum	—	—	50	24
Fernambuc	—	—	120	56
Campechium	—	—	80	38
Commoliturum	—	—	100	47

Carolus M. Dux.

Parisie, Diarium Imperii de 25. h. occasione qua Augusti Conjuges Thestrum musicis Dramatis edendis destinatum invisere dignati sunt, Imperatricem, adoratum Principem adpellant, qua cordi suo inclusam continet spem nationis, pretiosum pignus durabilitatis Imperii "

Sevofanto 26. Sept. Solenni traditioni re-signationique nobis hujus Seren. Cæs. Regio Principi A. Duci & M. Duci Herbipolit. dies 24. h. destinata est. Prædie solennium Regius Bav. Commissarius ad hunc actum deputatus D. Cons. Bellicus Neuwirth a Bamberg Civis Collegis jussum dedit, die seqv. 9 hora cum universo officiolatu ad Curiam comparandi, fide eos in Regiam Bav. Maj. exoluturus, eadem j. ff. M. Duc. Herbip. adrecept. solennia exmissus Prov. Dire & Consil. B. a Zerhein dedit, ad eos absolutos in fidem A. & M. Ducis recipiendos.